

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

Liber decimus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

P. VIRGILII MAR-
TONIS AENEIDOS

Liber decimus.



Anditur interea domus
niventis Olympi:
Conciliūq; vocat diuon
ter atq; hominum res:
Sideream in sedem: terra
vnde arduus omnis
Castrag; Dardaniūq; app-
et, populosq; Latini.

- 5 Confidunt totis bipatentibus: incipit ipse.
Cœlicole magni, quia nam sententia vobis
Versa retrò? tantumq; animis certatis iniquis?
Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.
10 Quæ contra vetitum discordia? quis metus aut hor-
Aut hos arma sequi, forumq; lacerare suasti?
Adueniet iustum pugna (ne accersite) tempus,
Cum fera Carthago Romanis arcibus olim
Exilium magnum, atq; Alpem immittere apertat.
Tum cœtare odijs, tum res rapuisse licebit.
15 Nunc finite, & placidum leti componite sedem.
Iuppiter hac paucis. at non Venus aurea comita
Pauca refert:
O pater, ô hominum, diuūq; æterna potestas,
(Namq; aliud quid sit, q; iam implorare queamus)
Cernis vt insultent Rutuli, Turnusq; feratur

Per medios insignis equis, tumidusq; secundo
 Marte ruat, non clausa tegunt iam mania Teucros.
 Quin intra portas, atq; ipsis praelia miscent
 Aggeribus murorum, & inundant sanguine fosse.
 Aeneas ignarus abest, nunquā mne leuari
 Obsidione fines? muris iterum imminet hostis
 Nascentis Troiae, nec non exercitus alter:
 Atq; iterum in Teucros Aetolis surget ab Arpis
 Tydides: equidem credo mea vulnera restant,
 Et tua progenies mortalia demoror arma.
 Si sine pace tua, atq; inuito numine Troës
 Italiam petiere, luant peccata, neq; illos
 Inueris auxilio: sin tot responsa secuti,
 Quae superi, Manesq; dabant: cur nunc tua quisquā
 Flectere iussa potes? aut cur noua condere fata?
 Quid repetam exustas Erycinō in histore classes?
 Quid tempestatum regem ventosq; furentes
 Aeolia exitis? aut actam nubibus Irim?
 Nunc etiam manes (hac intentata manebat
 Sors rerum) mouet: & superis immissa repente
 Aleo, medias Italium bacchata per vrbes.
 Nil super imperio moueor sperauimus ista,
 Dum fortuna fuit: vincant, quos vincere maui.
 Si nulla est regio, Teucris quam det tua coniunx,
 Dura, per euersa, genitor, fumantia Troia
 Excidia obrestor: liceat dimittere ab armis
 Incolumem Ascanium, liceat superesse nepotem.
 Aeneas sanè ignotus iactetur in vndis,
 Et quancūq; viam dederit fortuna, sequatur:

Hunc

Hunc tegere, & dira valeam subducere pugna,
 Est Anathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cybete,
 Idaliæq; domus. positis inglorius armis
 Exigat hic æuam, magna ditione iubeto
 Carthago premat Ausoniam: nihil viribus inde
 Obstabit Tyrijs. quid pestem euadere belli
 Inuit, & Argolicos medium fugisse per ignes?
 Totq; maris, vastaq; exhausta pericula terra,
 Dum Latium Teucris, recidinaq; Pergama quatit!
 Non satius cineres patria insedisse supremis,
 Atq; solum, quo Troia fuit? Xanthum, & Simoëna
 Redde oro misera, iterumq; reuoluere casus
 Da pater Iliacos Teucris. tum Regia Iuno
 Acta furore graui: Quid me alta silentia cogit
 Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
 Aenean hominum quisquam, diuinumq; subegit
 Bella sequi, aut hostem regi se inferre Latino?
 Italiam petiji satis autoribus: esto,
 Cassandra impulsus furijs. num linquere castra
 Hortati sumus? aut vitam committere ventis?
 Num puero summam belli, num credere muros?
 Tyrrhenamue fidem, aut gentes agitare quietas?
 Quis deus in fraudem, qua dura potentia nostra
 Egit? vbi hic Iuno, demissa hæc nubibus Iru?
 Indignum est Italos Troiam circumdare flammis
 Nascentem, & patria Turnum consistere terra!
 Cui Pilemnus auus, cui diua Venilia mater.
 Quid, face Troianos atra vim ferre Latini?
 Arua aliena iugo premere, atq; auertere prada!

Quid

Quid soceros legere, & gremijs adducere pactas?
 Pacem orare manu, praefigere puppibus arma?
 Tu potes Aeneam manibus subducere Graiū,
 Proq; viro nebulam, & ventos obtendere manes,
 Et potes in toridem classem conuerti Nymphas.
 Nos aliquid Rutulos contra iuuisse nefandum est?
 Aeneas ignarus abest, ignarus & absit.
 Est Paphos, Idaliūq; tibi, sub alta Cythera.
 Quid grandaë bellis urbem, & corda aspera tentas?
 Nō, ne tibi fluxas Phrygia res vertere fundo
 Conamur? nos? an miseros qui Troas Achivis
 Obicit? quæ caussa fuit consurgere in arma
 Europamq;, Asiamq;, & fœdera soluere furto?
 Me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter?
 Aut ego rela dedi? fouine cupidine bella?
 Tunc decuit metuisse tuus, nunc sera querelis
 Haud iustu assurgis, & irrita iurgia iactas.
 Talibus orabat Iuno: cunctiq; fremebant
 Cœlicola assensu vario: ceu flamina prima,
 Cum depressa fremunt syluis, & cæca volutant
 Murmura, venturos nautis prodeuntia ventos.
Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,
 Iussit. eo dicente deū domus alta silescit,
 Et tremefacta solo relius, silet arduus æther.
 Tū Zephyri posuere, premit placida æquora pontus.
Accipite ergo animus, atq; hæc mea figite dicta.
 Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
 Haud licitum est, nec vestra capiti discordia finem:
 Qua cuiq; est fortuna hodie, quæ cuiq; secat spem,
 Tros

Tros Rutulique suat, nullo discrimine habebat:
 Seu fati Italiae, castra obsidione tenentur,
 Sive errore malo Troia, monitisque, sinistris:
 Nec Rutulos soluo: sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. rex Iuppiter omnibus idem.
 Fata viam inuenient. Stygi per flumina fratris,
 Per pice torrentes, atraque voragine ripas.
 Annuat, & totum nutu tremefecit Olympum.
 Hic finis fandi. solio tum Iuppiter aureo
 Surgit, coelicola medium quem ad lumina ducunt.
 Interea Rutuli, portis circum omnibus, instant
 Sternere cade viros, & moenia cingere flamma.
 At legio Aeneadam vallis obfessa tenetur.
Nec spes vlla fuga: miseri stant turribus altis
 Nequicquam, & rara muros cinxere corona.
 Iasius Imbrasides, Hicetaoniusque Thymetes,
 Assaracique duo, & senior cum Castore Tybrius,
 Prima acies. hos germani Sarpedonus ambo,
 Et clarus, & Hemon Lycia comitantur ab alia.
 Fert ingens toto connixus corpore saxum,
 Haud partem exiguum montis, Lyrnessius Agamemnon:
 Nec Clytio genitora minor, nec fratre Mnesthor.
Hi iaculis, illi certant defendere saxis
 Moliri, ignem, nernoque aptare sagittas.
 Ipse inter medios Veneris iustissima cura,
 Dardanius caput ecce puer detectus honestum.
 (Qualis gemma micat, fuluum quae diuidit aurum,
 Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artum
 Inclusum buxo, aut Oricia terebintho

Inceperat :) fusos cervix cui lactea crines
 accipit, & molli subnectit circulus auro.
 Te quoq; magnanima viderunt Ismare gentes
 vulnera dirigere, & calamos armare veneno,
 Mœonia generose demo : vbi pingua cula
 Exercentq; viri, Pactolusq; irrigat auro.
 Affuit & Mnestheus, quem pulsi pristina Turni
 Aggere muroꝝ sublimem gloria tollit :
 Et Capys, hinc nomen Campana ducitur vrbi.
 Illi inter sese duri certamina belli
 Consulant : media Aeneas freta nocte secabat.
 Namq; vt ab Euandro castris ingressus Hetruscus,
 Regem adit, & regi memorat nomenq; genusq;
 Quidue petat, quiduo ipse ferat : Mezentius arma
 Quæ sibi conciliet : violentaq; pectora Turni
 Edocet : humanis quæ sit fiducia rebus
 Admonet : immisceatq; preces. haud sit mora, Tarcho
 Iungit opes, fœdusq; ferit. tum libera satis.
 Classem conscendit iussis gens Lydia diuinum,
 Externo commissa duci. Aeneia puppis
 Prima tenes, rostro Phrygios subiuncta leones,
 Imminet Ida super, profugum gratissima Teucris.
 Hic magnus sedet Aeneas, secumq; volutat
 Exentus belli varios : Pallasq; sinistro
 Affixus lateri : iam quarit sidera opaca
 Noctis iter, iam, quæ passus terraq; mariq;
 Pandite nunc Heliconæ deæ, cantusq; mouete,
 Quæ manus interea Thuscis comiteꝝ ab oris
 Aenean, armetq; rates, pelagogy vehatur.

Masicus erata princeps secat aquora Tigri:
 Sub quo mille manus iuuenum, qui magna Classis
 Quicq, vrbem liquere Cosas: quous tela sagitta,
 Corymbiq, leues humeris, & letifer arcus.
 Vna toruus Abas: huic totum insignibus armis
 Agmen, & aurato fulgebat Apolline puppis.
 Sexcentos illi dederat Populonia mater
 Expertos belli iuuenes: ast Ilia trecentos,
 Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.
 Tertius, ille hominum diuinumq, interpres Asslar,
 Cui pecudum fibra, cæli cui sidera parent,
 Et lingua volucrum, & prasagi fulminis ignis:
 Mille rapit densos acie, atq, horrentibus hastis.
 Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pise,
 Vrbis Hetrusca solo. sequitur pulcerrimus Astur:
 Astur equo fidens, & versicoloribus armis.
 Tercentum adiiciunt: (mens omnibus vna sequenda)
 Qui Carète domo, qui sunt Minionis in arui:
 Et Pyrgi veteres, intempestaq, Grauisca.
 Non ego te, Ligurum ductor, fortissime bello,
 Transferim, Cycne, & paucis comitate Cupano:
 Cuius olorina surgunt de vertice penna,
 Crimen amor vestrum, formaq, insigne paternum.
 Namq, ferunt, luctu Cycnum Phaëtontis amari,
 Populeas inter frondes, vmbraeq, sororum
 Dum canit, & mœstum musa solatur amorem,
 Canentem molli pluma duxisse senectam,
 Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
 Filius aequales comitatus classe catervas

regentem remis Centaurum promouet: ille
 latis aquae, saxumq; undâ immane minatur
 arduus, & longâ sulcat maria alta carinâ.
 Ille etiam patris agmen ciet Ocnus ab oris,
 Rutidica Manibus, & Thusci filius amnis:
 Qui muros, matrisq; dedit tibi Mantua nomen,
 Mantua diues auis: sed non genus omnibus vnum.
 Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
 Ipsa caput populis, Thusco de sanguine vires.
 Hinc quoq; quingentes in se Mezentius armat,
 Quos patre Benaco, velatus arundine glaucha
 Minicius infesta ducebat in aquora pinu.
 Li graui Auletes: centenaq; arbore fluctum
 Verberat assurgens: spumant vada marmore verso:
 Hunc velut immanis Triton, & cœrula concha
 Exterrens freta: cui lăterum tenuis hispida nauti
 Prons hominem praefert, in Pristin desinit alui:
 Spumea semifero sub pectore murmurat vnda.
 Tot lecti procures ter denis nauibus ibant
 Subsidio Troia, & campos salis are secabant.
 Iamq; dies cœlo concesserat, almaq; curru
 Nocturno Phœbe medium pulsabat Olympum:
 Aeneas (neg, enim membris dat cura quietem)
 Ipse sedens clauumq; regit, veluq; ministrat.
 Atq; illi medio in spacio chorus ecce suarum
 Occurrit comitum, Nymphae: quas alma Cybelê
 Numen habere maris, Nymphasq; è nauibus esse
 Iusserat, innabant pariter, fluctusq; secabant:
 Quot prius arata steterant ad littora prora.

Agnoscunt longè regem, lustrantq; chorei:
 Quarum quæ sandi doctissima Cymodorea,
 Ponè sequens, dextra puppim tenet, ipsaq; anxi
 Eminent, ac lena tacitis subremigat vndæ.
 Tum sic ignarum alloquitur: Vigilasne deum
 Aenea? vigila, & velis immitte rudentes.
 Nos sumus Idæa sacro de vertice pinus,
 Nunc pelagi Nymphæ, classis tua, perfidus ut
 Precipites ferro Rutulus, flammæq; premetat:
 Rupibus inuita tua vincula, teq; per aquor
 Querimus, hanc genitrix faciem miserata refert.
 Et dedit esse deas, æuūq; agitare sub vndis:
 At puer Ascanius muro, fossiq; tenetur
 Tela inter media, atq; horrentes Marte Latinas.
 Iam loca iussa tenet forti permisus Hetrusco
 Arcas eques. medias illis opponere turmas,
 Ne castris iungant, certa est sententiâ Turnæ.
 Surge age, & aurora socios veniente vocari
 Primus in arma iube, & clypei cape, quæ dedit ipse
 Inuictum Ignipotens, atq; cras amblyt auro.
 Crastina lux, mea si non irrita dicta putari,
 Ingenteis Rutulæ spectabit cadis æceruos.
 Dixerat, & dextra discedens impulit altam
 (Faud ignara modi) puppim: fugit illa per vndas,
 Ocyor & iaculo, & ventos equante sagitta.
 Inde alia celerant cursus, stupet inscius ipse
 Tros Anchisiades animus: tamen omne tollit.
 Tum breuiter supera aspectans conuexa precatur:
 Alma parens Idæa deū, cui Dindyma cordi,
 Turni

Torreratq; vrbes, bijugiq; ad frena leones
 To milib; nunc pugna princeps, tu ritè propinques
 Agurium. Phrygiusq; asis pede diua secundo.
 Tantum effatus : & interea reuoluta ruebat
 Natura iam luce dies, noctemq; fugarat.
 Principio socijs edicit, signa sequantur,
 Atq; animos aptent armis, pugnaq; parent se.
 Jamq; in conspectu Teucros habet, & sua castra
 Stans celsa in puppi, clypeum tum deinde sinistra
 Exultat ardentem. clamorem ad sidera tollant
 Dar dauidæ e muris, spes addita suscitât iras.
 Tela manu iaciunt : quales sub nubibus aris
 Strymonia dant signa grûes, atq; æthera tranant
 Cum sonitu, fugiantq; notos clamore secundo.
 At Rutulo regi, ducibusq; ea mira videri
 Ausonij, donec versas ad litora puppes
 Respiciunt, totumq; allabi clasibus aquor.
 Ardet apex capiti, cristiq; a vertice flamma
 Funditur, & vastos vombo vomit aureus ignes :
 Non secus, ac liquida si quando nocte Cometa
 Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor :
 Ille sitim, morbosq; ferens mortalibus ægru,
 Nascitur, & laeo contristat lumine cœlum.
 Haud tamen audaci Turno fiducia cessit
 Littora præripere, & venientem pellere terra.
 Iltrò animos tollit dictis atq; increpat vltro.
 Qued votis optastis, adest, perfringere dextra.
 Inmanibus Mars ipse viri : nunc coniugis esto
 Quisq; sua, testiq; memor : nunc magna reserto

Facta patrum, laudes: vltro occurramus ad vnda.
 Dum trepidi, egressiq; labant vestigia prima.
 Audentes fortuna inuast.
 Hac ait: & secum versat, quos ducere contra,
 Vel quibus obsessos possit concedere muros.
 Interea Aeneas socios de puppibus altis
 Pontibus exponit. multi seruare recursu
 Languentis pelagi, & breuib; se credere salu.
 Per remos alij. speculatus littora Tarchon,
 Quà vada non sperat, nec fracta remurmurat vnda.
 Sed mare inoffensum crescenti allabitur aestu,
 Aduertit subito proras, socioq; precatur:
 Nunc o leuata manus validu incumbite remis:
 Tollite, ferte rates: inimicam fundite rostru
 Hanc terram, sulcumq; sibi premat ipsa carina,
 Frangere nec tali puppes statione recuso,
 Arrepta tellure semel. Quae talia postquam
 Effatus Tarchon, socij consurgere tonsis,
 Spumantesq; rates aruis inferre Latinu,
 Donec rostra tenent siccum, & sedere carina
 Omnes innocuae, sed non puppis tua Tarchon.
 Namq; inflicta vadis dorso dum pendet iniquo,
 Anceps, sustentata diu, fluctusq; fatigat,
 Soluitur, atq; viros medijs exponit in vndis.
 Fragmina remorum quos, & fluitantia transita
 Impediunt, retrahitq; pedes simul vnda relabens.
 Nec Turnum segnis retinet mora: sed rapit acer
 Totam aciem in Teucros, & contra in litore sistit.
 Signa canunt. primus turmas inuasit agrestiu
Aeneas

Aeneas, omen pugnae: stratūitq; Latinos,
 Occiso Therone, virūm qui maximus ultro
 Aeneam petiit: huius gladio, perq; area scuta,
 Per tunicam squallentem auro, latus haurit apertū.
 Inde Lycam ferit, exectum iam matre perempta,
 Et tibi Phoebe sacrum, casus euadere ferri
 Cui licuit paruo. nec longē Cissea durum,
 Immanemq; Gyan, sternentes agmina claua,
 Deiecit leibo. nihil illos Herculis arma,
 Nil valide iuuere manus, genitorq; Melampus
 Alcida comes, vsq; graueus dum terra labores
 Praebuit, ecce, Pharo voces dum iactat inertes,
 Intorquens iaculum, clamantis sistit in ore.
 Tu quoq; flauentem prima lanugine malas
 Dum sequeris Chyrium felix, noua gaudia, Cydon,
 Dardania stratus dextra, securus amorum,
 Qui iuuenum tibi semper erant, miserande iaceres:
 Nō fratrum stipata cohors foret obuia, Phorci
 Progenies, septem numero, septenag; tela
 Coniungunt: partim galea, clypeoq; resultant
 Irrita: deflexit partim stringentia corpus
 Alma Venus. fidum Aeneas affatur Achaten:
 Suggere tela mihi (non vllum dextera frustra
 Torserit in Rutulos) steterant quae in corpore Graiū.
 Iliacis campis, tum magnam corripit hastam,
 Et iacit, illa volans clypei transuerberat era
 Meonis: & thoracā simul cum pectore rumpit.
 Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem
 Suspendat dextra, trajecto missa lacerto.

Protinus hasta fugit, seruatq; cruenta tenorem.
 Dexterâq; ex humero nervis moribunda pendet.
 Tum Numitor, iaculo fratris de corpore rapto
 Aeneam petijt, sed non & figere contra
 Est licitum. magniq; femur perstrinxit Achaea.
 Hic Curibus, fidens primaus corpore, Lausus
 Aduenit, & rigida Dryopen ferit eminus hasta.
 Sub mentum grauius pressa, pariterq; loquenti
 Vocem animumq; rapit traiecto gutture, at illa
 Fronte ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.
 Treis quoq; Threicios, Borea de gente supremâ,
 Et treis, quos Idas pater, & patria Ismara mittit,
 Per varios sternit casus. occurrit Halesus,
 Auruncâq; manus subit & Neptunia proles,
 Insignis Messapus equis: expellere tendunt
 Nunc hi, nunc illi, certatur limine in ipso
 Ausonia. magno discordes aethere venti
 Prælia ceu tollunt, animis, & viribus æquâ.
 Non ipsi inter se, non nubila, non mare cedit.
 Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra:
 Haud aliter Troiana acies, aciesq; Latina
 Concurrunt: hæret pedes, densusq; viro vir.
 At parte ex alia, qua saxa rotantia lævè
 Intulerat torrens, arbustaq; diruta ripis,
 Arcades insuetos acies inferre pedestreiu
 Vt vidit Pallas Latio dare terga sequaci:
 Aspera quævis natura loci dimittere quando
 Suasit equos: vnum quod rebus restat egenis,
 Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amari.

Quid fugitis socij? per vos & fortia facta,
 Per datus Euandri nomen, deuictaq; bella,
 Spemq; meam, patria qua nunc subit emula laudis.
Edue ne pedibus: ferro rumpenda per hostes
Est via, qua globus ille virum densissimus urget:
 Hac vos & Pallanta ducem patria alta reposcit.
 Numina nulla premunt: mortali vrgemur ab hoste
 Mortales: totidem nobis animaq; manusq;
 Ecce maris magno claudit nos obice pontus:
 Deest iam terra fuga: pelago Troiamne petemus?
 Hac ait: & medius densos prorumpit in hostes.
 Obuius huic primum satis adductus iniquis
 Fit Lagos: hunc magno vellit dum pondere saxum,
 Intorto figit telo, discrimina costis
 Per medium qua spina dedit, hastamq; receptas
 Osibus harentem quem non super occupat Hubon.
 Ille quidem hoc sperans: nam Pallas ante ruentem,
 Dum furis, incautum crudeli morte sodalis
 Excipit, atq; enssem tumido in pulmone recondit.
 Hinc Helenum petit, & Rhoiti de gente vetusta
 Anchemolum, thalamos ausum incestare nouerca.
 Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in aruis,
 Daucia, Laride: Tymberg; simillima proles,
 Indiscreta suis, gratusq; parentibus error.
 At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas.
 Nam tibi, Tymbre, caput Euandrius abstulit ensis:
 Te decisa suum Laride dextera querit:
 Semianimesq; micant digiti, ferrunq; retractant.
 Arcades accensos monitu, & praeclara tuentes

Facta viri, mistus dolor, & pudor armat in hostes.
 Tum Pallas bijugis fugientem Rhœtea prater
 Trajicit: hoc spacium, tantumq; mora fuit illo:
 Illo namq; procul validam direxerat hastam,
 Quam medius Rhœteus intercepti, optime Teucri,
 Tu fugiens, fratremq; Tyren: currusq; volutus
 Cedit semianimis Rutulorum calcibus arua.
 Ac velut optato ventis astate coortis,
 Dispersa immittit silvis incendia pastor:
 Correptis subito medijs, extenditur vna
 Horrida per latos actes Vulcania campos:
 Ille sedens victor flammis despectat ouanteu:
 Non aliter socium virtus coit omnis in vnum,
 Teg; inuat Palla. sed bellus acer Halesus
 Tendit in aduersos, seq; in sua colligit arma.
 Hic mactat Ladona, Pheretaq; Demodocumq;
 Strymonio dextram fulgenti diripit ense
 Elatam in iugulum: saxo ferit ora Thoantis,
 Ossaq; dispergit cerebro permista cruento.
 Fata canens silvis genitor calarat Halesum:
 Vt senior letbo canentia lumina soluit,
 Insecere manum Parca, telisq; sacrarunt
 Euandri. quem sic Pallas petit ante precatus:
 Da nunc Tybri pater ferro, quod misile libro,
 Fortunam, atq; viam duri per pectus Halesi.
 Hac arma, exuiusq; viri tua quercus habebis.
 Audijt illa deus, dum texit Imaonia Halesus,
 Arcadio infelix telo dat pectus inermem.
 At non cade viri tanta perterrita Lausus,

Pars ingens belli, finit agmina. primus Abantem
 Oppositum interimit, pugna nodumq; moramq;
 Sternitur Arcadia proles, sternuntur Hetrusci,
 Et vos ô Graijs imperdita corpora Teucris.
 Agmina concurrunt ducibusq; & viribus aequi:
 Extremi addensant acies: nec turba moueri
 Tela manusq; finit. hinc Pallas instat & vrget:
 Hinc contra Lausus: nec multum discrepat atas:
 Egregij forma, sed quis fortuna negarat
 In patriam reditus. ipsos concurrere passus
 Haud tamen inter se magni regnator Olympi.
 Mox illos sua farsae manent maiore sub hoste.
 Interea soror alma monet succurrere Lauso
 Turnum, qui volucris curru medium secat agmen.
 Vi vidit socios, tempus desistere pugna:
 Solus ego in Pallanta feror: soli mihi Pallas
 Debetur: cuperem, ipse parens spectator adesset.
 Hac ait: & socij cesserunt aequore iusso.
 At Rutulum abscessu inuenis, tum iussa superba
 Miratus, stupet in Turno: corpusq; per ingens
 Lumina voluit: obuiq; truci procul omnia visu:
 Talibus & dictis it contra dicta tyranni:
 Aut spolijs ego iam raptis laudabor opimis,
 Aut letho insigni: sorti pater aequus utriq; est:
 Tolle minas, fatus, medium procedit in aquor:
 Frigidus Arcadibus cor in praecordia sanguis.
 Desiluit Turnus bijugis, pedes apparat ire
 Cominus. utq; leo, specula cum vidit ab alta
 Stare procul campis meditantem praetia taurum,

Aduolat.

Aduolat : haud alia est Turni venientis imago.
 Hunc ubi contiguum misse fore credidit hasta
 Ire prior Pallas, si quâ fors adiunget ausum
 Viribus imparibus, magnumq; ita ad aethera saltum
 Per patris hospitium, & mensas, quas advena adagi
 Te precor Alcide, captis ingentibus assu :
 Cernat semineci sibi me rapere arma cruenta,
 Victoremq; ferant morientia lumina Turni.
 Audijt Alcides iuuenem, magnumq; sub imo
 Corde premit gemitum, lacrymasq; effudit inania
 Tum genitor natum dictis affatur amicis :
 Stat sua cuiq; dies : breue & irreparabile tempus
 Omnibus est vita : sed famam extendere factis,
 Hoc virtutis opus. Troia sub moenibus alta
 Tot nati cecidere deum : quin occidit vna
 Sarpedon mea progenies : etiam sua Turnum
 Fata vocant, metasq; dati peruenit ad eui.
 Sic ait, atq; oculos Rutulorum rejcit arui.
 At Pallas magnus emittit viribus hastam,
 Vaginaq; caua fulgentem diripit ensen.
 Illa volans, humeri surgunt quâ tegmina summa,
 Incidit, atq; viam clypei molita per ora,
 Tandem etiam magno strinxit de corpore Turni.
 Hic Turnus ferro praefixum robur acuto
 In Pallanta diu, librans, iacit, atq; ita fatur :
 Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum.
 Dixerat : ac clypeum, tot ferri teryga, tot arui,
 Cum pellis toties oheat circumdata tauri,
 Vibranti cuspide medium transuerberat ictu :

Loricæq; moras, & pectus perforat ingens.
Ille rapit calidum frustra de vulnere telum:
Vna eademq; via sanguis animusq; sequuntur.
Corruit in vulnus, sonitum super arma dedere,
Et terram hostilem moriens petit ore eruere.
Quem Turnus super assistens, sic ore profatur:
Arcades hæc, inquit, memores mea dicta referte
Euandro: qualem meruit, Pallanta remitto.
Quisquis honos tumuli, quicquid solamæ humidi est
Largior, baud illi stabunt Aeneia paruo
Hospitia: & læuo pressit pede, talia fatus,
Exanimum, rapiens immania pondera balthei.
Impressumq; nefas: vna sub nocte iugali
Cæsa manus iuuenum fœdè, thalamiq; cruenti,
Quæ bonus Eurytion multo calauerat auro.
Quo nunc Turnus ouat spolio, gaudetq; potius.
Nescia mens hominum fatis, sortisq; futura,
Et seruare modum rebus sublata secunda.
Turno tempus erit, magno cum optauerit exitum
Intactum Pallanta, & cum spolia ista, diemq;
Oderit, at socij multo gemitu lacrymisq;
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.
O dolor, atq; decus magnum redituro parenti:
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem aufert,
Cum tamen ingentes Rutulorum linquas acervos.
Nec iam fama mali tanti, sed certior autor
Aduolat Aeneæ tenui discrimine lethi
Esse suos: tempus versis succurrere Teucris.
Proxima quæq; metui gladio: latumq; per agmen

Ardens

Ardens limitem agit ferro, te, Turne, superbam
 Cade noua, querens. Pallas, Euander, in ipſi
 Omnia ſunt oculis: menſa, quas aduena primū
 Tunc adiit, dextraq; data. Salmone creator
 Quattuor hic iuuenes, totidem, quos educat uſenſ
 Viuentes rapit, infernis quos inmolat vmbri,
 Captiuoq; rogi perfundat ſanguine flammā.
 Inde Mago procul inſenſam cum tenderet haſtam
 Ille aſtu ſubit, ac tremebunda ſupernolat haſta,
 Et genua amplectens eſſatur talia ſupplex:
 Per patrios manes, Et ſpes ſurgentis Iuli
 Te precor, hanc animam ſerues natoq; patriq;
 Eſt domus alta: iacent penitus deſoſſa talenta
 Calati argenti, ſunt auri pondera facti,
 Infectiq; mihi. non hic victoria Teucriū
 Verſitur: haud anima vna dabit diſcrimina tanta.
 Dixerat: Aeneas contra cui talia reddit:
 Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta,
 Gnatis parce tuis: belli commercia Turnus
 Suſtulit iſta prior, iam tum Pallente perempto.
 Hoc patris Anchife manes, hoc ſentit Iulus.
 Sic ſatus, galeam leua tenet: atq; reflexa
 Cervice orantis capulo tenus abdidit enſem.
 Nec procul Aemonides Phœbi Triuiq; ſacerdot;
 Inſula cui ſacra redimibat tempora vitta,
 Totus collucens veſte, atq; inſignibus armis:
 Quem congreſſus agit campo, lapſumq; ſuperſtans
 Immolat, ingentiq; vmbra regit. arma Sereſius
 Lecta reſert humeris, tibi rex Gradiue trophæum.
 Inſtaur

Instaurant acies, Vulcani stirpe creatus
 Caculus, & veniens Marforum montibus Vmbro.
 Dardanides contra furit. Anxurus ense sinistram;
 Et totum clypei ferro deiecerat orbem.
 Dixerat ille aliquid magnum: vimq; affore verbo
 Crediderat, cœloq; animum fortasse ferebat:
 Caniciemq; sibi, & longos promiserat annos:
 Tarquinius exultans contra fulgentibus armis,
 Syicola Faulo Dryope quem nympa creatat.
 Obuiis ardenti sese obtulit: ille reducta
 Loricam, clypeiq; ingens onus impedit hasta.
 Tum caput orantis nequicquam, & multa parantem
 Dicere, deturbat terra, truncumq; repente
 Pruoluens, super hac inimico pectore satur:
 Iffice nunc metuende raxe: non te optima mater
 Condet humi, patriote onerabit membra sepulcro:
 Alitibus linquere feris: aut gurgite mersum
 Vnda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.
 Protinus Anthem, & Lycam, prima agmina Turni;
 Persequitur, fortemq; Numam, fuluumq; Camerrem,
 Magnanimo Volscente satum: ditissimus agri
 Qui fuit Ansonidum, tacitis regnavit Amyclis.
 Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
 Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem,
 Pectoribusq; arsisse: Iouis cum fulmina contra
 Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses:
 Sic toto Aeneas desunt in aequore victor:
 Ut semel intepuit mucro. quin ecce Nyphei
 Quadrifuges in equos, aduersaq; pectora tendit.

Atq;

Atq; illi longè gradientem, & dira fremementem
 Ut videre, metu versi, retroq; ruentes,
 Effunduntq; ducem, rapiuntq; ad littora curru.
 Interea bijugis insert se Lucagus albis
 In medios, fraterq; Liger: sed frater habentis
 Flectit equos: strictum rotat acer Lucagus enses.
 Haud tulit Aeneas tanto seruiore furentem,
 Irruit, aduersaq; ingens apparuit hasta.

Cui Liger:

Non Diomedis equos, non currum cernis Achilli,
 Aut Phrygia campos: nunc belli finis, & ante
 His dabitur terris. vesano talia late
 Dicta volant Ligeri: sed non & Troius heros
 Dicta parat contra: iaculum nam torquet in hostem
 Lucagus, ut pronus pendens in verbera telo
 Admonuit biugos, proiecto dum pede lauo
 Aptat se pugna: subit oras hasta per imas
 Fulgentis clypei: tum lauum perforat inguen.
 Excussus curru moribundus voluitur arui.
 Quem pius Aeneas dictis affatur amaris:
 Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
 Prodidit, aut vana vertè ex hostibus umbra,
 Ipse rotis saliens iuga deseris. hac ita fatum,
 Arripuit biugos. frater tendebat inermes
 Infelix palmas, curru delapsus eodem.
 Per te, per qui te talem genuere parentes,
 Vir Troiane, sine hanc animam, & miserere precibus.
 Pluribus oranti Aeneas: haud talia dudum
 Dicta dabis: morere, & fratrem ne desere frater

Tum latebras animæ, pectus mucrone recludit.
 Talia per campos edebat funera ductor
 Dardanius, torrentis aqua, vel turbinis atri
 More furens, tandē erumpunt, & castra relinquunt
 Ascanius puer, & nequicquam obfessa iuuentus.
 Iovonem interea compellat Iuppiter ultro :
 O germana mihi, atq; eadem gratissima coniunx,
 Vi rebare, Venus (nec te sententia fallit)
 Troianas sustentat opes : non viuida bello
 Dextra viris, animusq; serox, patiensq; pericli.
 Cui Iuno submissa : Quid ô pulcerrime coniunx
 Sollicitas agram, & tua tristia dicta timentem ?
 Si mihi, quæ quondam fuerat, quamq; esse decebat,
 Vis in amore foret : non hoc mihi namq; negares
 Omnipotens, quin & pugna subducere Turnum,
 Et Dauuo possem incolumem seruare parenti.
 Nunc pereat, Teucrusq; pro det sanguine pœnas.
 Ille tamen nostra deducit origine nomen,
 Pylæumq; illi quæritus pater, & tua larga
 Sæpe manu, multiq; oneravit limina donis.
 Cui rex ætherei breuiter sic fatur Olympi :
 Si mora præsentis laibi, tempusq; caduco
 Oratur inueni, meq; hoc ita ponere sentis :
 Tolle fuga Turnum, atq; instantibus eripe satis.
 Hactenus indulgisse vacat, sin altior istis
 Sub precibus repia vlla latet, totumq; moueri,
 Mutarile putas bellam, spes pascis inaneus.
 Cui Iuno illacrymans : Quid si, quod voce grauaris,
 Mente dares, atq; hac Turno rata maneret ?

D d

Nunc

Nunc manet insontem grauis exitus, aut ego peri
 Vana feror : quod ut ô potius formidine falsa
 Ludar, & in melius tua, qui potes, orsa reflectas.
 Hæc ubi dicta dedit, cælo se protinus alto
 Misit, agens hyemem nimbo succincta per auras,
 Iliacamq; aciem, & Laurentia castra petiuit.
 Tum æca nube caua tenuem sine viribus vultum
 In faciem Aeneæ (visu mirabile monstrum)
 Dardanij's ornat telis, clypeumq; inbasq;
 Diuini asimulat capitis : dat mania verba,
Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis.
 Morte obita quales fama est volitare figuras,
 Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus.
 At primas læta ante acies exultat imago,
 Irritatq; virum telis, & voce laceffit.
 Instat cui Turnus stridentemq; eminus hastam
 Conijcit : illa dato vertit vestigia tergo.
 Tum verò Aenean auersum ut cedere Turnus
 Credidit, atq; animo spem turbidus hausit inani.
Quò fugis Aeneas? thalamos ne desere pactos:
 Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.
 Talia vociferans sequitur, strictumq; cornicat
 Mucronem, nec ferre videt sua gaudia venit.
 Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi,
 Exposita stabat scalis, & ponte parato:
Qua rex Clusinis aduectus Osinus oris.
 Huc sese trepida Aeneas fugientis imago
 Conijcit in latebras : nec Turnus sequior instat,
 Exuperatq; moras, & pontes transiit altos.

Vix proram attigerat, rumpit Saturnia funem,
 Anulſamq; rapit reuoluta per aquora nauem.
 Illam autem Aeneas abſentem in pralia poſcit:
 Obuia multa virum demittit corpora morti.
 Tunc leuis haud vltra latebras iam querit imago,
 Sed ſublime volans nubi ſe immiſcuit atra:
 Cum Turnum medio interea fert aquore turbo.
 Reſpicit ignarus rerum, ingratusq; ſalutis,
Et duplices cum voce manus ad ſidera tendit:
 Omnipotens genitor tanton' me crimine dignum
 Duxiſti? & tales voluiſti expendere penas?
 Quò feror? vnde abij? qua me fuga, quemue redu-
 Laureſne iterum muros, aut caſtra videbo? (cet?
 Quid manus illa virum, qui me, meaſq; arma ſecuti?
 Quosq; (nefas) omnes inſanda in morte reliqui?
 Et nunc palantes video, gemitumq; cadentum
 Accipio? quid agam? aut qua iam ſatis ima dehifcat
Terra mihi? vos o potius miſereſcite venti:
 In rupes, in ſaxa (volens vos Turnus adoro)
 Ferte ratem, ſeu iſq; vadis immitte Syrtis:
 Quò neq; me Rutuli, neq; conſcia fama ſequatur.
 Hac memoras, animo nunc huc, nunc fluctuat illuc:
 An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens
 Induat, & crudum per coſtas exigat enſem:
 Fluctibus an iaciat medijs, & litora nando
 Curua petat, Teucrûmq; iterum ſe reddat in arma.
 Ter conatus vtramq; viam, ter maxima luno
 Continuit, iuuenemq; animo miſerata repreſit.
 Labitur alta ſecans fluctuq; aſtuq; ſecundo,

Et patris antiquam Dauni deferitur ad urbem.
 At Iouis interea monitis Mezentius ardens
 Succedit pugna, Teucrosq; inuadit ouantes.
 Concurrent Thyrræna acies, atq; omnibus vni,
 Vni odijq; viro, telisq; frequentibus instant.
 Ille, velut rupes, vastum quæ prodit in æquor,
 Obuia ventorum furij, expositaq; ponto,
 Vim cunctam, atq; minas perfert, calig. mariq;
 Ipsa immota manet. prolem Dolicaonis Helrum
 Sternit humi, cum quo Latagū, Palnumq; fugat:
 Sed Latagum saxo, atq; ingenti fragmine monti
 Occupat, os, faciemq; aduersam: poplite Palnum
 Succiso, volui segnem finit, armaq; Laufo
 Donat habere humeris, & vertice figere cristas.
 Nec non Euantem Phrygium, Paridūq; Momanti
 Aequalem, comitemq;: vna quem nocte Theano
 In lucem genitori Amyco dedit. & face pregnant
 Cisseu regina Parim creat: vrbe paterna
 Occubat: ignarum Laurens habet ora Mimanti.
 Ac velut ille canum morsu de montibus alius
 Actus aper (multos Vesulus quem pinifer amos
 Defendit, multosq; palus Laurentia) silua
 Pastus arundinea, postquam inter retia ventum est,
 Substitit, infremuntq; feroc, & inhorruit armos:
 Nec cuiquam irasci, propiusq; accedere vitium,
 Sed iaculis, tutisq; procul clamoribus instant:
 Haud aliter, iuste quibus est Mezentius ira,
 Non vlli est animus stricto concurrere ferro,
 Missilibus longè, & vasto clamore laceffunt.

Ille autem impavidus partes cunctatur in omnes.
 Dentibus infrendens, & tergo decutit hastas.
 Venerat antiquis Coryti de sinibus Acron,
 Graius homo, infectos linquens profugus hymenaeos.
 Hunc ubi miscentem longè media agmina vidit,
 Purpureum pennis, & pacta coniugis ostro:
 Impastus stabula alia leo ceu saepe peragrans,
 (Suadet enim vesana fames) si forte fugacem
 Conspexit capreã, aut surgentè in cornua ceruum:
 Gaudet hians immane, comasq; arrexit, & heret
 Visceribus super accumbens: laui improba teter
 Ora cruor:
 Sic ruit in densos alacer Mezentius hostes.
 Sternitur infelix Acron, & calcibus atram
 Tundit humum expirans, infraetq; tela cruentat.
 Atq; idem fugientem haud est dignatus Oroden
 Sternere, nec iacta cacum dare cuspide vulnus:
 Obuius aduersosq; occurrit, seq; viro vir
 Contulit, haud furto melior, sed fortibus armis.
 Tum super abiectum posito pede nixus & hasta,
 Pars belli haud temnenda viris, iacet altus Orodes.
 Conclamant socij latum Paana secuti.
 Ille autem expirans: Non me, quicumq; es, inulto,
 Victor, nec longum letabere: te quoq; fata
 Prospectant paria, atq; eadem mox arua tenebis.
 Ad quem subridens mista Mezentius ira:
 Nunc morere: ast de me diuim pater, atq; hominũ
 Viderit. hoc dicens eduxit corpore telum. (rex
 Olli dura quies oculos, & ferreus vrget

D d 3

Somnus,

Somnus: in eternam clauduntur lumina noctem,
 Cadiceus Alcatroum obruncat, Sacrator Hydaspe,
 Partheniumq; Rapo, & pradium viribus Oris:
 Messapus Cloniumq; Lycaniumq; Ericaten;
 Illam, infrenis equi lapsu tellure iacentem,
 Hunc, peditem pedes, & Lycius processerat Agi:
 Quem tamen haud expers Valerius virtutis aura
 Deiecit, Atronium Salius, Saliumq; Nealces,
 Insignis iaculo, & longè fallente sagitta.
 Iam grauius aequabat luctus, & mutua Maori
 Funera: cadebant pariter, pariterq; ruebant
 Victores, victiq; neg; his fuga nota, nec illi.
 Dii Iouis in tectis iram miserantur inanem
 Amborum, & tantos mortalibus esse labores.
 Hinc Venus, hinc contrà spectat Saturnia Iuno.
 Pallida Tisiphone media inter millia sauit.
 At verò ingentem quatiens Mezentius hastam
 Turbidus ingreditur campo: quam magnus Orion,
 Cum pedes incedit medi per maxima Nerei
 Stagna, viam scindens, humero supereminet vnda:
 Aut summus referens annosam montibus ornum,
 Ingrediturq; solo, & caput inter nubila condit:
 Talis se vastu insert Mezentius armis.
 Huic contrà Aeneas, speculatus in agmine longo,
 Obuius ire parat. manet imperterritus ille,
 Hostem magnanimum opperiens, & mole sua stat:
 Atq; oculis spaciū emensus, quantum satis hasta,
 Dextrā mihi deus, & telum, quod missile libro,
 Nunc asint: voueo praeconis corpore raptus

Indutium

In datum spolijs, ipsum te Lausæ trophæum
 Aeneæ dixit, stridentemq; eminus hastam
 Icit: at illa volans clypeo est excussa, proculq;
 Egregium Anthorem latus inter & ilia figit:
 Herulis Anthorem comitem, qui missus ab Argis
 Hæserat Euandro, atq; Itala confederat vrbe.
 Stermitur infelix alieno vulnere, cœlumq;
 Afficit, & dulces moriens reminiscitur Argos.
 Tum pius Aeneas hastam iacit: illa per orbem
 Aere cauum triplici, per linea terga, tribusq;
 Transijt intextum tauris opus, ima; sedit
 Inguine: sed vires haud pertulit. oxyfus ensem
 Aeneas viso Tyrrheni sanguine letus
 Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat.
 Ingemuit cari grauitè genitoris amore,
 Vt vidit Lausus, lacryma; per ora volutæ.
 Hic mortis dura casum, tuaq; optima facta,
 Si qua fidem tanto est operi latura vetustas,
 Non equidem, nec te iuuenis memorande silebo.
 Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus
 Cedebat, clypeoq; inimicum hastile trahebat.
 Proripuit iuuenis, seseq; immiscuit armis.
 Iamq; assurgens dextra, plagamq; ferentis
 Aeneas subijt mucronem, ipsumq; morando
 Sustinuit, socij magno clamore sequuntur,
 Dum genitor nati parua protectus abiret:
 Tela; conjiciunt, proturbantq; eminus hostens
 Missilibus, furit Aeneas, tectusq; tenet se.
 Ac velut effusa si quando grandine nimbi

Precipitant, omnis campis diffugit arator,
 Omnis & agricola, & tuta latet arce viator,
 Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi,
 Dum pluit in terris, vt possint sole reducto
 Exercere diem: sic obrutus vndiq; reli
 Aeneas, nubem belli, dum detonet, omnem
 Sustinet, & Lausum increpitat, Lausq; minatur.
 Quid moriture rui? maioraq; viribus audes?
 Fallit te incautum pietas tua. nec minus ille
 Exultat demens: saeva iamq; altius ira
 Dardanio surgunt ductori, extremaq; Laus
 Parca fila legunt: validum namq; exigit ensen
 Per medium Aeneas iuuenem, totumq; recondit,
 Transiit & parmam mucro, leuia arma minaci,
 Et tunicam, molli mater quam neuerat auro,
 Impleuitq; sinum sanguis: tum vita per aurum
 Concessit moesta ad manes, corpusq; reliquit.
 At vero, vt vultum vidit morientis, & ora,
 Ora modis, Anchisades pallentia miris:
 Ingemuit miserans grauitus, dextramq; tetendit:
 Et mentem patria subiit pietatis imago.
 Quid tibi nunc miserande puer, pro laudibus istis,
 Quid pius Aeneas tanta dabit indole dignum?
 Arma, quibus letatus, habes tua: teq; parentum
 Manibus, & cineri (si qua est ea cura) remitto.
 Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
 Aenea magni dextra cadis. increpat vltro
 Cunctantes socios, & terra subleuat ipsum
 Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Interea genitor Tyberini ad fluminis vndam
 Vulnere siccabat lymphæ, corpusq; leuabat
 Arboris accliuus trunco: procul ærea ramis
 Dependet galea, & prato grauiæ arma quiescunt.
 Stant lecti circum iuuenes: ipse æger, anhelans
 Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam.
 Multa super Lauso rogitat, multosq; remittit,
 Qui reuocent, mæstiq; ferant mandata parentis.
 At Lausum socij exanimum super arma ferebant
 Flentes, ingentem, atq; ingenti vulnere victum.
 Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Canicem immundo deformat puluere, & ambas
Ad cælum tendit palmas, & corpore inhareret.
 Tantiæne me tenuit viuendi nate voluptas,
 Vt pro me hostili paterer succedere dextra
 Quem genui? tuæne hæc genitor per vulnera serior.
 Morte tua viuens? heu nunc misero mihi demum
 Exilium infelix, nunc altè vulnus adactam.
 Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen,
 Pulsus ob inuidiam solio, sceptrisq; paternis.
 Debueram patriæ pœnas, odijsq; meorum
Omnes per mortes animam fontem ipse dedisse:
 Nunc viuo, neq; adhuc homines, lucemq; relinquo:
 Sed linquam. simul hæc dicens, attollit in agrum
 Se semur: & quanquam vs alto vulnere tardat,
 Hand deiectus equum duci iubet. hoc decus illi,
 Hoc solamen erat: bellis hoc victor abibat
 Omnibus, alloquitur mœrentem, & talibus inquit:
 Rhæbe diu (res si qua diu mortalibus vlla est)

Viximus: aut hodie victor spolia illa cruenta,
 Et caput Aeneae referes, Lausq; dolorum
 Ultor eris mecum: aut, aperit si nulla viam via,
 Occumbes pariter: neq; enim fortissime credo
 Iussa aliena pati, & dominos dignabere Teucrum.
 Dixit: & exceptus tergo consueta locauit
 Membra, manusq; ambas iaculis oneravit acutis,
 Aere caput fulgens, cristaq; hirsutus equina.
 Sic cursum in medios rapidus dedit: assuat ingens
 Imo in corde pudor, mistoq; insania luctu,
 Et furij agitur amor, & conscia virtus.
 Atq; hic Aeneam magna ter voce vocauit.
 Aeneas agnouit eum, latuq; precatur:
 Sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo:
 Incipias conferre manum.
 Tantum effatus, & infesta subit obuius hasta.
 Ille autem: quid me erepto sauisime nato
 Terres? haec via sola fuit, qua perdere posset.
 Nec mortem horremus, nec diuum parcimus ulli.
 Desine, iam venio moriturus, & haec tibi porta
 Dona prius, dedit, telumq; intorsit in hostem.
 Inde aliud super atq; aliud figitq; volatq;
 Ingenti gyro: sed sustinet aureus umbo.
 Ter circum astantem laeuos equitauit in orbis,
 Tela manu iaciens: ter secum Troius heros
 Immanem arato circumfers regmine siluam.
 Inde ubi tot traxisse moras, tot spicula tadet
 Vellere, & vrgetur pugna congressus iniqua:
 Multa mouens animo, iam tandem erumpit, et inter
 Bellato-

Bellatoris equi caua tempora conjicit hastam.
 Tollit se arrectum quadrupes, & calcibus auras
 verberat, effusumq; equitem super ipse secutus
 implicat, electoq; incumbit cernuus armo.
 Clamore incendunt cælum Troësq; Latiniq;
 Aduolat Aeneas, vaginaq; eripit ensem:
 Et super hac, Vbi nunc Mezentius acer? & illa
 Effera vis animi? contra Tyri henus, vt auras
 suspiciens, hausit cælum, mentemq; recepit:
 Hostis amare, quid increpit as, mortemq; minaris?
 Nullum in cade nefas: nec sic ad prælia veni:
 Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus.
 Vnus hoc per (si quæ est victis venia hostibus) oro:
Corpus humo patiare tegi. scio acerba meorum
 Circumstare odia: hunc (oro) defende furorem,
 Et me consortem nati concede sepulcro.
 Hæc loquitur: iuguloq; haud inscius accipit enseus.
 Vndantq; animam diffundit in arma cruore.





ing
Con
Ne
Ed
Tel
Per
Sal
Tw
Tu
Ma
Qu
Pr
Ne
Ar
Ne